



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

39. Quomodo idem D. Lindanus adhuc puer à parentibus suis fraternitati S. Huperti ascriptus, à rabido cane ipsum puerum prætercurrente, miraculosè intactus permanserit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

cit, diemque ieiunio se colituram proponit, ego me illius precibus liberatum meminisse, que occurrente diuæ Apolloniæ festo, matrem scio admouisse ob acceptum per intercessionem diuæ beneficium, Deo esse intendendum, votumque soluendum. Illa abstinens puerili voto, ieiunium filii, inquit illi pro alium differemus diem, quia sunt carniuales, siue, uti vulgus appellat, carnispriuium. Ceterum cum frater meus Germanus, Hadraensis Lindanus prætor Hagen. in cunis laboraret ex pede sinistro, ac mater vereretur, ne quid incommodi, aut aliquid claudicationis contraheret, mox à Chirurghi periculo admonitus, votum DEO obtulit, rogans ut intercessionem diui Machuti, qui in Ecclesia Traiectensi ad Rhenum solet talibus in periculis ad auxilium & comprecationem implorari, puer malo liberaretur, iuuit, vota obtulit, rediit, filium reuersa domum sanatum reperit, ac nos lætissimum fuisse perfusos eius redeuntis gaudium commemorari.

D. Wilhelmus Lindanus ibidem. Quomodo ipse D.

Lindanus adhuc puer à parentibus suis fraternitatis S. Huperri ascriptus, à rabido cane ipsam puerum prætercurrente, miraculosè intactus permanserat.

CAP. XXXIX.

VNum illud ingrata obliuioni tradendum mihi foret religio, quod ex religioforum parentum pietate mihi puero exstul-

gulati beati Huperti patrocinio & certo præ-
 fidio accidisse vicini nostri meminerunt non
 pauci. Rabidum agitabant canem ciues Dor-
 draceni, qui per compita obuios suo venena-
 to morfu momorderat. Ille persecutorum
 plagas, lapides, & clauas fugiens ædes pater-
 nas transcurrerebat. Quotquot illum accursan-
 tem, turbamque insequentem videbant, aufu-
 gerunt. Ego platea publica meis cum æqua-
 libus ludens, periculi ignarus perstiti, pueri-
 liter admirans, tantam hominum turmam
 accurrere armatam, acclamant, discedam de
 via. Verum priusquam ego me subtrahere po-
 tui, ille ore rabido frēdens, capite in terrā pen-
 dulo, flammantibus instar lampadum oculis,
 exerta lingua spumans, caput agitans, iuxta
 me innoxius transijt, tota spectantiū corona
 obstupescente, quod me obuium, & tam vici-
 num intactum præcurreret: cum alijs aliquot
 occurrentibus suum vitus venenato morfu
 infudisset.

Domum reuersus audiui parentes Deo gra-
 tias immortales agentes, quod me B. Hupertī
 tutela & precibus malo tam præfenti eripui-
 sent. Nam ob similia pericula euitanda, quæ
 tum temporis nō erant infrequētia, licet nunc
 Deus similia euenire certo suo consilio nō pa-
 titur, curarat pia mater nos, totamq; nostram
 familiam fraternitati B. Hupertī inscribendos.
 Vnde quotannis cum sacræ ac venerandæ
 V 2 lius

462 COLLATON. SACRAR.
lius reliquæ illuc de more adferebantur, solent
oblationem facere, atq; imaginē eius depictā
contractus S. reliquiarum sanctificatam, hinc
sto loco per eades colere: quæ res improbis quo-
rundam, rebus sacris suum ad quæsum irre-
ligiosè abutentium moribus, vti & D. An-
nij, D. Cornelij, D. Hermetis, D. Quirini, & al-
liorum sanctorum nunc abiectis in dissuetudi-
nem, cuius tamen vt origo sanctissimum ha-
bet institutū: ita & effectus varijs exēplis pos-
set demonstrari, plurimis fuisse saluberrimus
*Gregorius Turonen. de gloria Confessorum cap. 81. De
admirabili pena violantis festum S. Mariani.*

CAP. XL.

FVit Marianus quidam Eremita, cui non
erat alter cibus, nisi poma agrestia: & si ei
aliquoties à quibusdam mel delatum fuisset,
aut si ipse reperire potuisset in syluis, hoc ei e-
rat cibus: qui cum plerunque visitaretur à plu-
rimis, quodam tempore à quærentibus non
poterat inueniri: inuestigantes denique cum
viri, qui venerant deprehenso vestigio inue-
nerunt locum, in quo flexo genu aquam hau-
sit à fluuio: & exinde progressi reperunt eum
sub vna arbore malo iacentem mortuum: vnde
de celebre ferebatur in populo, cum elisum ex
arbore spiritum exhalasse: sed euidenter non
est cognitum, quoniam à nullo refertur vi-
sum: tunc viri qui aduenerant eleuantes, at-
tulcrunt ad vicum Euanucensem: quem ablu-
tum,